

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CXXVII. Differentia 18. Iure Canonico, qui spoliatus est possessione
ecclesiæ, vel beneficii, petit restitutionem, nec obest illi exceptio tituli non
legitimi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CXXVII.

DIFFERENTIA 18.

Iure Canonico, qui spoliatus est possessione Ecclesie, vel beneficii, petit restitu-
tutionem, nec obest illi exceptio tituli non legitimi, c. In literis,
de rest. spoliat. secus iure civili: l. 2. §. Quædam, ff. de
interd. Ioann. Bapt. à S. Blasio 200.

I. Casm Glossa format: Aliquis di-
cit se de possessione Ecclesie suæ
violenter ejussum, unde petit restitu-
adversarius excipit eam non fuisse Ca-
nonicè institutum, quid juris? Respon-
der Alexand. III. primò cognolend-
um esse de violenta ejusione, quæm
de canonica institutione: quia etiam
prædicto de juris rigore restitui debet, l. Si
qui ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ.
l. Similitus, C. de donat. inter ux. & vir.
l. Sic coloni, ff. de agric. & censit. l. Si de vi, ff.
de iudic. l. Qui cœtu, §. Si de iure, ff. ad l. Iul.
de vi publ. c. Conquerente, c. Licet multum,
de restit. spoliat. c. Super spoliatione, de
pli petit. Unde tritum illud: Spoliatus
ante omnia sive intemporalibus, sive in spiri-
tualibus restituendus est. Quæ regula apud
Socinam 379. ponitur, sed inter ex-
ceptiones numerat, si spoliatus agat pos-
sessorio nomine Ecclesie pro recipienda
te Ecclesie, opponi posse de institutio-
ne non canonica secundum Innoc. in c.
In literis, de rest. spol. Quod tamen pro
vero non habetur in l. Urbana, ff. de
condit. indeb. V. Andr. Gaill. l. 2. obs.
75. ubi ad confirmandam prædictam
regulam addit, ne quidem exceptio-

nem proprietatis cum probatione in
continenti facta prodesse in judicio pos-
sessorio direcet, nec locum habere re-
gulam. Dolo facit, qui perit, quod
mox restituturus est, text. in l. Dolofacit.
ff. de doli mali & met. except. sed ante o-
mnia restitucionem faciendam esse, l.
l. §. l. ff. de vi, & vi arm. Gloss. ibi in v.
Recuperandam, l. l. C. Si per vim. Beér. Part.
2. decis. 238. n. 2. Nam jure, non dolo
agit, qui possessionem, à qua per vina
ejus est, recuperare judicio nititur, &
sententia Judicis, quæ expectatur,
acquiescere paratus est.

II. Contrarium Ioann. Bapt. à S. Bla-
sio ex l. 2. §. Quædam, ff. de interd.
colligi existimat, quia dicitur ibi,
interdictum de locis sacris, & religiosis
annexam habere causam proprietatis:
ac proinde probandum esse titulum,
& obesse tituli non legitimi
exceptionem: arque ita
cum Socini opinio-
ne superius reka-
ta convenit.

* *

S 2

CXXVIII.DIF-